

genita a Patre, Spiritus sanctus est amor et laetitia substantialis et coaeterna inter Patrem et Filium procedens a Patre et Filio. Externae proprietates sunt, quae sumuntur a beneficijs erga ecclesiam, vt Pater non mittitur, Filius mittitur, vt patefaciat euangelium et assumat naturam humanam et fit mediator, redemptor, iustificator et saluator, Spiritus sanctus mittitur in corda credentium, vt tales motus <sup>5</sup> amorem et laeticiam in eis accendat, qualis est ipse.

[53:] Quae sunt cogitanda de creatione?

Quinque circumstantiae considerandae sunt de creatione: Prima est, quod creatio sit commune opus aeterni Patris, Filii et Spiritus sancti vt Psalmo 33. dicitur: „Verbo domini coeli creati sunt et Spiritu oris eius“, non quidem creato, sed creante, <sup>10</sup> „omnis exercitus eorum.“<sup>82</sup>

Secunda, quod omnes res creatae visibles et inuisibilis conditaesunt ex nihilo vt Iohan. 1: „Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, quod factum est.“<sup>83</sup> Item Psalm. 33: „Ipse dixit et factum est, ipse mandauit <sup>15</sup> et stetit.“<sup>84</sup>

<sup>83</sup> Haec circumstantia arrossa a Ienensib. theologis extat in Examine theologicō titulo de Deo, Corp. doct. pagina 752. Item in Explicatione symboli Niceni. Tomo operum Philippi 2. fol. 231. et 232. et alibi passim.<sup>84d</sup>

Tertia circumstantia est, quod Deus libere et volens tunc, cum voluit, condidit mundum, cum quidem ante mundum esset ab aeterno sicut Moses inquit: „In principio creavit Deus coelum et terram“<sup>87</sup> significans iam tum eum fuisse ab aeterno, cum mundo ortum atque originem dedit.

20

<sup>d-d</sup> Marginalie nur in F. G.

<sup>82</sup> Ps 33,6.

<sup>83</sup> Vgl. die „Warnung vor dem unreinen Catechismo“, E 3r-v, unsere Ausgabe, Nr. 5: Warnung vor dem unreinen Catechismo (1571), 353.

<sup>84</sup> Vgl. Philipp Melanchthon, Examen ordinandorum (1559), in: CR 23, 3; Philipp Melanchthon, Enarratio symboli Niceni (1550), in: CR 23, 241. Die Seitenzählung richtet sich nach den zeitgenössischen Ausgaben: Corpus doctrinae, 752 und OPERVM REVERENDI VIRI PHILIPPI MELANTHONIS. PARS SECVNDA [...] Wittenberg 1562 (VD 16 M 2333), 231f.

<sup>85</sup> Joh 1,3.

<sup>86</sup> Ps 33,9.

<sup>87</sup> Gen 1,1.